

PITH. 11 Innocentius III. Honorius III. Sic tres V. C. & in 5. Collec. 12 Abolenda consuetudinis peruersitas. Vincentius 30. 91. 13 Omnino. amodo.

XIV. GREGORIVS IX. Episcopo N. [c. an. 1236.]

Excommunicatus, qui per suum Presbyterum fuit absolutus in morte, in cimiterio sepeliri debet, & ad satisfaciendum coguntur heredes.

Parochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manu iniectione in personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum violatione vel incestu, fuit, dum ageret in extremis, per Presbyterum suum, iuxta formam Ecclesie absolutus, non debet cimiterium & alia Ecclesie suffragia denegari. Sed eius heredes & propinqui, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciatur, cen. sunt Ecclesiastica compellendi.

DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS. TITULVS XXIX.

I. EX CONCILIO AFRICANO. [an. 402. in Africa.]

Inter Episcopum substitutum Episcopo heretico, & ipsum Episcopum hereticum reversum, & ex dispensatione receptum, dividitur Episcopatus modo hic expresso.

S Episcopus ex Donatistis ad Catholicam unitatem est conversus, equaliter inter se dividant eas, quas sic invente fuerint, ubi ambe partes fuerint, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Sed si antiqui Catholici suum voluerint, & illi suum, qui ex Donatistis conversi sunt: plurimum voluntas paucioribus preferatur. Si autem partes aequales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambe partes fuerint, ut non possint equaliter dividi, velut si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod dictum est, cum de uno loco superius tractaretur.

II. EX CONCILIO NANEIEN. [in Gallia.]

Presbyteri Parochiales dominicis diebus & festis Parochianos alienos ad Missam admittere non debent, si ex contemptu ad eorum Ecclesiam accedant.

UT dominicus vel festis diebus Presbyteri antequam Missam celebrent, plebem interrogent, si alterius Parochianos in Ecclesia sit, qui proprio contemptu Presbytero ubi velit Missam audire: quem si invenerint, statim ab Ecclesia abiciant.

III. HADRIANVS PAPA. [c. an. 780. Roma.]

Episcopus Parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum aliter iudicare.

N ullus Episcopus alterius Parochianum iudicare praesumat: Et infra. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare potest.

IV. URBANVS III. [c. an. 1186. Roma.]

Fines Parochiarum, de quibus constat, vel finibus coherencia proferri non possunt.

Super eo vero, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus & his, quae finibus coherant, non praescribendis, statutum per Canones esse dignoscitur, sit in Parochiarum limitibus, sicut in provincialibus admittendum: Respondemus, quod bene videtur in utroque servandum, si fines legitima probatione, vel aliis indubitata fide constituti Ecclesiastica ordinatione statutos.

PITH. 1 Urbanus III. V. C. addit: de Novo loco & de Viget. Prioribus. Pars est capitis Prout.

V. CELESTINVS III. [c. an. 1195. Roma.]

Si Parochianus seu Diocesanus domicilium transfert, primus Praelatus in eo iura Episcopalia, seu Diocesana sibi non vindicet: decima tamen praeialis illius Parochia, sibi debeatur, nisi alteri debeantur ex consuetudine.

Significavit nobis Aconen. Episcopus, quod cum post recuperationem Aconen. civitatis, ad habitandum in ea se quamplurimum contulissent, qui ante generalem occupationem Terrae sanctae in aliis civitatibus regni Hierosolymitani elegerant mansionem: [Et infra a.] Fratritati tuae mandamus, quatenus praedictorum locorum Praelatos, ut

sibi nullam in praedictis Aconen. habitatores jurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, ditricione, qua convenit, compellatur: ita quod si de agris in eorum Parochia constitutis fructus percipiunt, & in ultramarinis partibus ratione praedictorum decimae perfolvuntur, deinceps eis ipsas cum integritate perfolvant: dicto vero Aconen. tanquam Diocesano suo cogantur de ceteris respondere.

[Et in ea residentiam fecerint aliquantulum, & adhuc etiam resident in eadem, Praelati praedictarum civitatum eos ad solvenda sibi iura Ecclesiastica compellant. Quia vero transgredi terminos a Patribus constitutos, aut saltem mittere in messes alienam non oportet.]

PITH. 2 Celestinus III. Innocentius III. Sidonien. Beriten. & Biblieni Episcopis. Extat integra pag. 327. epist. Innocent.

Quis dicitur constitutus in extremis, vide in l. 7. cum l. sequen. ff. de donat. cau. mor. Bar. in l. 1. C. de sacrosan. Eccles.

a Cap. 85. in Conc. Lat.

b Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil.

c Vide l. 8. suam herede. ff. de iur. de. p. c. 1. de p. c. 1. de aqua plu. arc.

d Vaneten. ad Naveten. sed legendum Naneien. estque hoc decretum ibi c. 1. non c. 429. ut refert Burch. lib. 2. dec. c. 2. nec c. 19. ut refert Ivo. part. 2. c. 122.

e Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil. h Burch. lib. 2. dec. c. 32. Ivo. p. c. c. 140. c. 3. eod. tit. in 1. Compil.

f Post Conc. Lateran. sub Alex. III. ca. ult. c. 5. eod. tit. in 1. Compil. k vel. l liminibus.

m Clemens.

n Cap. un. eod. tit. in 11. Compil. o Acon.

p al. vobis.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBUS. TITULVS XXX.

I. HIERONYMVS super Ezechielem. [c. an. 390. in Judea.]

Exprimit quatuor genera decimarum, quae ex veteri lege debebantur.

DECIMAM partem omnium frugum Leviticis tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis Levitae, hoc est inferiorum Ministrorum gradus decimas dabant Sacerdotibus. Erant quoque & aliae decimae, quas unusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, ut comederet eas, cum iret in Templum in urbe Hierusalem, & in vestibulo Templi Sacerdotes & Levitae ad convivium invitaret. Erant autem et aliae, quas pauperibus reodebant. At vero primitiae, quae de frugibus offerrebant, non erant speciali nomine definitae, sed offerentium arbitrio derelictae. Traditionem quoque accepimus Hebraeorum, non lege praecipit, sed arbitrio Magistrum innotiam, quod qui plurimum, quadragessimam partem dabant Sacerdotibus; qui minimum, sexagesimam: inter quadragessimam & sexagesimam licebat quodcumque voluissent offerre. Quod igitur in Pentateuco dubium derelictum est, hic specialiter definitur propter Sacerdotum avaritiam, et hoc amplius a populo exigant in primitiis offerendis.

II. PASCHALIS II. [c. an. 1110. Roma.]

Non potest congrue summari, propter varietatem lecturarum.

Novum genus exactionis est, ut Clerici a Clericis decimas exigant, cum nesciam in lege Domini hoc legamus: non enim Levitae a Levitis decimas accepisse legimur. Illi profecto Clerici, qui a Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

III. HADRIANVS IV. Vigoren. & Herforden. Episcopis. [c. an. 1156. Roma in Angliam.]

Compositio super decimis non tollitur per privilegium sequens, si de illa mentionem non facit.

EX multiplici conquestione V. Presbyteri accepimus, quod cum inter Abbatem & Brudeia, de consensu totius Conventus, & praedictum Presbyterum talis intercesserit conventio, scripto Monachorum authentico roborata, quod Monachi dicto Presbytero & Ecclesiae suae de blado, & universis leguminibus, quando viverent, decimas perfolverent, exceptis minutis decimis, quas idem Presbyter quietas clamavit: idem Abbas a nobis privilegium obtinuit, ut de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, nulli decimas solvere tenerentur: [Et infra a.] Unde quia non fuit nostrae intentionis per privilegium nostrum conventioni derogare praedictae: mandamus, quatenus Abbatem & Monachos, ut eandem conventionem, non obstante dicto privilegio, nisi de ipsa contineatur in eo, invariabiliter teneant & observent, vel exinde secum pacifice conveniant, appellatione postposita, compellantur.

[Qui si quidem reversus ad propria tantam apud H. Regem illustrem Angliae gratiam & favorem invenit, quod totam terram Rex ipsius villa, in qua Ecclesia praesati Presbyteri sita est, Monasterio ipsius in perpetuum elemosinam contulit: quo facto praed. Abbas universis colonis illius villa expulsi, totam terram praedictae Parochiae excolens propriis sumptibus, Ecclesiae debitor redditus subtraxit.]

PITH. 1 Brudeia. Breveria, Brondaria, Brerria; alias Beria, Bueria.

Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

a De materia huius tituli vide Tho. 2. 2. q. 86. c. 87.

b C. 45. c. c. 1. eod. tit. in 11. Compil.

c Hec dictio, & desit.

d Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

e Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

f Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

g Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

h Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

i Post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 13. c. 16. c. 17. eod. tit. in 1. Compil.

Hunc existimo esse B. Tho. Cantuarien. Arch. qui circa annum Christi 1171. pro libertate Ecclesiae assertenda, martyrio traditur sub Alex. III. a Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. 2. 13. cap. 12.

Monachi tenentur solvere decimas praeiales, de praeiis noviter cultis, de quibus decima prius solvebantur.

Commisum est nobis: [Et infra a.] Pervenit ad nos, quod Monachi de Bossae, Ecclesiae sanctae Mariae, in cuius Parochia commorantur, decimas ex integro non perfolvunt. Ea propter mandamus, quatenus eos, ut decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructa fuerant, praestae Ecclesiae cum ea integritate perfolvant, qua priusquam in eadem Parochia morarentur, solebant perfolvi, compellas. Et sicut etiam de pascuis olim decima perfolvuntur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione perfolvi.

[A Deo dispensationis officium admonet, & exhortatur multipliciter ut universis Christi fidelibus & Ecclesiis debeantur utiliter providere, atque integra iura sua nos oportet atque illibata conservare.]

PITH. 2 Idem Thoma. [c.] Hadrianus decessit anno 1150. Theobaldus decessit anno 1160. cui sequenti anno successit Thomas Westmonast. 45. Sic Theobaldo potius quam Thoma scripta decretalis.

Monachi de Bossae. Bossae, Ordinis Cisterciensis, ut addit Alanus in Scholis. forte Bosle S. Mariae, ut habent 2. V. G.

Absque diminutione perfolvi. Nam decima indistincte ex voluntate Laicorum quibusvis Clericis in Anglia pendebatur; sed ne fraudis ulterius fieret, decretum est ut soli Parocho, in cuius Parochia praedia possidentur, integre perfolverentur.

V. ALEXANDER III. Cantuarien. Archiepiscopo, & ejus Suffraganeis. [c. an. 1170. Roma in Angliam.]

Per excommunicationem compellitur quis ad solvendas decimas de molendinis, & aliis hic contentis: & ca. fe. h. d. cum feq.

Pervenit ad nos: [Et infra a.] Mandamus, quatenus Parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis ditricione compellere, ut de praedictis molendinis, quibus, piscariarum, feno, & lana, decimas Ecclesiis, quibus debentur, cum integritate perfolvant.

[Quod cum Parochiani vestri, decimas bonorum suorum conjuerint Ecclesiis quibus debentur cum integritate perfolvere: nunc tam laudabili consuetudine praetermissa, quidam ex eis de lana, & de feno, & de praedictis molendinorum & piscariarum ipsis Ecclesiis subtrahere non verentur. Quoniam igitur institutioni divinae manifestius obviant qui decimas ipsis Ecclesiis non perfolvant: s. o. per ap. f. p.]

PITH. 3 Alexander III. Huberto. Vide Histor. Cantuar. Episcop. 143.

VI. IDEM Vintonien. Episcopo. [c. an. 1170. Roma in Angliam.]

Summatum est cum praecedenti, & declarata, ut in praecedenti dictum est.

Nuncios e 6: [Et infra a.] Mandamus, quatenus Parochianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas perfolvere Eccles. ditricione compellas.

[Et littera tuae f. ea qua decuit benignitate recepimus & petitiones tuas quoad licitum curacionis exaudire, sicut illi personae quam pura in domino & ferventi caritate diligimus, & cuius commodis & profectibus invadere volumus diligenter. Cum igitur ad officium tuum spectent ea in quibus nostri praecipui desiderii nostra auct. muniri, tanto in his debuitis facilius exaudiri, quanto ipsam eorum specialius salutem respiciunt, de quibus in extremo iudicio redditurus es rationem. Inde est quod f. 2. per Apost. S. pra.]

PITH. 6 Nuncios, [c.] Vide Siebert. anno 1172.

VII. IDEM Exonien. Episcopo. [c. an. 1170. Roma in Angliam.]

Decima fructuum, statim cum collecti sunt, solvi debet, non deductis expensis.

Cum homines f de Hortona de frugibus ix. partibus sibi retentis decimam Ecclesiae, cuius Parochiani sunt, sine diminutione solvere teneantur; & antequam id faciant, serventibus & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro servitio suo impendant, tunc demum de residuo decimam perfolventes: Mandamus, quatenus eos cogatis, ut decimam statim & fructibus collectis perfolvant, atque de substractis & retentis, dignam satisfactionem exhibere procurent.

PITH. 7 Exonien. V. C. addit, & Wigorn. Hortona. Artona, Hortona. Camdenus 40. secundum generalem Ecclesiae Anglicanae institutionem, de frugibus suis in Autumno in partibus sibi retentis decimam Ecclesiae sancti Michaelis, cuius Parochiani sunt, sine diminutione solvere teneantur Monachis sancti Pauli de Colimbriis.

f Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil.

g de fructib.

VIII. IDEM Monachis de Neucien. [c. an. 1180. Roma.]

Privilegiati super decimis non solvendis, de iis praeiis, quae ab aliis conducunt, decimas solvere tenentur.

Dilecti filii Abbas, & Fratres sanctae Crucis sua nobis conquestione monstrarunt, quod praedia unde decimas, & in magna parte sustentationem consueverunt habere, a perisque Laicis conduxit, & recepistis ad firmam. Unde quoniam iidem Fratres ex hoc gravantur enormiter, nec fuit intentionis nostrae, aut antecessorum nostrorum, ut de possessionibus, quas conduxit, decimas non solvatis: mandamus, quatenus decimas, quae conduxit in Parochiis suis, de quibus consueverunt decimas percipere, plenarie solvatis eidem, vel cum ipsis amicabiliter componatis.

PITH. 9 Monachis de Neucien. Neubir. de Nebo. si, de Nevole, de Novo loco, forte Colimbriensibus. Pauli Colimbriensis, Ordinis sancti Augustini, diocess. Colimbri. 10 Fratres sanctae Crucis. Colimbriensis, Ordinis sancti Augustini.

IX. IDEM Abbati & Fratibus Dolon. [c. an. 1180. Roma in Galliam.]

Revocatur privilegium, si ex possessione incipit enormiter nocivum esse.

Suggestum est ex parte vestra, quod Abbas & Fratres Monasterii de Ursin. decimas a vobis auferre conantur. Dis. vestrae mandamus, quatenus cum praedicto Abbate, & Fratibus super ipsis decimis componatis. nam quando Romana Ecclesia Ordini vestro privilegia de decimis dederat, ita erant rarae Abbatiae vestri Ordinis, quod exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri: sed nunc in tantum augmentate sunt, ac possessionibus ditatae, quod multi viri Ecclesiastici de vobis apud nos querelam sepe proponunt.

PITH. 11 Dolon. [c.] Dolone, Ordin. Cisterc. Lemovic. diocess. Monasterii de Ursin. Ordinis S. Bened. diocess. Lemovic. Monasterii de Ursin. Ordinis S. Bened. diocess. Augustod.

X. IDEM Terraconens. Archiepiscopo. [c. an. 1170. Roma in Hispaniam.]

Cisterciensis, Templarii, & Hospitalarii decimas praedictorum suorum, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt, solvere non tenentur: alii vero Religiosi non solvant decimas de hortis & nutrimentis animalium, nec de novalibus, quae propriis manibus ac sumptibus excolunt.

EX parte tua ad nos noveris pervenisse, quod alibi Monachi & Nigri, & quidam alii Religiosi Ecclesias tuae jurisdictionis redditibus decimarum occasione privilegio, quae sibi Romana indulit Ecclesia, spoliare praesumunt. Sane nolimus te latere, quod praedecessores nostri fere omnibus Religiosis decimas laborum suorum concesserant. Sed praedecessor noster Hadrianus solis Fratrum Cisterciensis Ordinis, & Templarii, & Hospitalarii, decimas laborum suorum, quos propriis manibus vel sumptibus colunt, indulit: ceteris vero, ut de novalibus suis, quae propriis manibus vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non perfolvant: quem sumus super his imitari. Quare il, quibus hoc indultum est, hac occasione decimas de aliis rebus Ecclesiae tuae non possunt subtrahere, vel sibi aliquid ulterius vindicare.

PITH. 13 Ex parte tua, [c.] Vide Petr. Blesens. epist. 97. Guillelm. Tyrium, lib. 18. cap. 3.

XI. IDEM. [c. an. 1170. Roma.]

Privilegium super decimis laborum non extenditur ad terras, quae aliis tractantur excolenda.

licet de benignitate Sed. Apost. sit vobis indultum, ut de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini: propter hoc tamen non est licitum vobis decimas de terris vestris subtrahere, quas aliis traditis excolendas.

PITH. 14 Idem. Cisterciensibus. Vide Salisberien. 7. 21. 265. 266. V. C. lic. Abbat. & Fratibus Ramas.

XII. IDEM. [c. an. 1170. Roma.]

Privilegium super decimis laborum, etiam ea, quae non sunt novalia comprehendit.

Audientiam nostram: [Et infra a.] Illud privilegium capitulum prava quidem interpretatione pervertentes, quo Cisterciensibus indulgetur, ne de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat: allerunt quod pro laboribus novalia intelligi debent: [Et infra b.] Mandamus, quatenus non permittatis hoc fieri, nam si intelligeremus tantummodo de novalibus, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus.

[a Noveris pervenisse, quod cum quidam celsitium a dilectis nostris Fratribus Cisterciens. Ordinis de laboribus, quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur.]

Cap. 13. eod. tit. in 11. Compil.

u postimus. x Vide l. ab hospit. ff. de quod. simplici. ter. ff. ex quit. cau. ma. c. l. 3. ff. de offi. pra.

Nembio. al. Norvolo. Nevelo. al. Nevoleia.

C. 6. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. part. 13. c. 2.

k conductis.

m Cap. 9. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. part. 13. c. 4.

n querimonia.

o Taronen. al. Terracon.

p Cap. 10. eod. tit. in 1. Compil.

q alii viri religio.

r concesserunt.

s Cap. 11. eod. tit. in 1. Compil.